

A

1605

—

—

XVII

—

*Ad Ornatisimum Respondentem*

JOHANNEM GEORGIUM WEDELIUM

I, Cathedram concende, WEDELI & confere pugnam  
 Vacuam cuam tamen.  
 Quam doct. ite mentis acumen  
 Subtilita.  
 Martia non t.  
 Hederae.

N*on* nostræ  
 Cadav.  
 Nobili  
 In te jungunt.  
 Magna  
 Actus  
 Dogmata duri.  
 Bene e  
 Acta se

S*c*est! Aoni;  
 Scandere,  
 Et victor pean  
 Qui sibin  
 En nunc victor:  
 Id ceu WE

M. JACOBUS SCHNITZLERUS  
 Cibiniensis Transylvanus.

I*n* Genio qvod, Amice-tuo sepeliverit ignem  
 Virtutis summa qvi sedet axe Deus,  
 Jam scintilla probat, dum publica pulpita scandis:  
 Lucida prorumpet tempore flamma suo.

JUSTUS GOTOFREDUS RABNERUS.  
 F I N I S.

3  
 286  
 shonores  
 farum decus  
 US BUCHNERUS  
 Academia Senior.  
 i mentis

c WEDELI,  
 a sophorum.

PRÆSES  
 adarces  
 clausubit,  
 phæsis  
 suâ;  
 signa triumphi!  
 ta notat.

JE SU BONE FAVE!  
 DISPUTATIO METAPHYSICA  
 OCTAVA.  
 SUMMARIAM DECISIONEM  
 CONTROVERSIARUM  
 DE

# CAUSA ET CAV- S A T O.

h. III. 2074  
 occurrentium  
 exhibens  
 quam  
 In Florentissima Leucorea  
 Sub Prefidio

M. JOHANNIS BAYERI

Eperiessino Hungari Facult. Philosoph.  
 Adjuncti.

Publica Philosophantium lumen  
 submittit

JOHANNES HNILITZENUS

Rajeceno-Hungarus.  
 In Auditorio Majori  
 Ad diem 5. Martij. horis Antemerid.  
 Anno M DC LIX.

---

WITTEBERGÆ  
 Typis JOHANNIS BORCKARDI.

J. B. F.

SECTIO PRIOR DE CAUSIS IN GENERE

DECIS. I.

Doctrina Causarum in genere, & Actu Signato

I.

**N**on Spectat ad Physicam, sed metaphysicam. Contra Scholasticos plerosq; maximè Joh Lalemund., qui tractatum de Causis in Physicā primum sibi locum vindicare expressè monet, disp. 4. Phys. part. i. quod & alij factio ipso tueruntur, Mendoza, Arriaga, Ovideo, B. Spei.

2. Non tamē eo pacto, quod subjectum fortassis Metaphysicum, Causas habeat, quæ inquirenda sint; sed ut generatim inducatur Causæ explicetur. Contra Suarezium.

DECIS. II. Est verò Causa.

1. Non id omne quod communicat esse rei. Ut vult Fr. B. Spei in rigore definitam Causam. Intendit verò introducere locutionem à Patribus Latinis, nostris item Theologis ac Philosophis & plerisq; Scholasticis, explosam & rejectam, quod scil. Pater debeat dici non Principium modo, sed Causa Filii & Spiritus Sancti.

2. Non id formaliter, à quo aliquid per se pendet. Ceu Coimbricenses uolunt apud Mendozam.

3. Non Principium per se influens Eſſe in aliud. Ut definīt Mendoza ipse post Suarezium quem laudat.

4. Non quæ per se influit producendo effectum. Ut Arriaga.

5. Sed generatim. Principium influens in Eſſe Causati. Seu ut expressius res dicatur: Status Entis quo id influit in eſſe Causati. Observato nempe, concipiendam eſſe h.l. Causam formaliter spectatam, in Oblique, ut loquuntur, non in Recto. Quo pacto videndum est, ne ex Affectione Entis fiat accidens quoddam, quod h.l. eſſet oppidò ineptum; ac futilius multò si substantia quædam hic allegetur. Communiter tamen philosophantur Metaphysici de causis aliisq;

A 2

Affecti-

Affectionibus Entis disjunctis in Recto tantum, ac non in Obliquo seu de ipsa carum formalitate. Ac videntur de Affectionibus Entis agere, non ut de Entis Affectionibus, sed veluti de Modis ejusdem contrahentibus. Quod qui non credit, consular omnia exempla, omnes definitiones, omnia deniq; illorum Effata de quacunq; Affectione Entis disjuncta, ac deprehendet, ista, qua: Affectionum nomine venditant, omnesq; illas Formalitates, quas notione Causæ, Effecti, Efficientis, Formæ, Materiæ, Signi, Signati, Mensuræ, Mensurati, Dependentis, Independentis &c. exprimunt, non esse veras Formalitates Affectionum seu Affectiones entis Transcendentales Formaliter spectatas, quo de ipsis h.l. erat philosophandum; sed Formaliter vera & realia Entia, substantias veras aut vera accidentia: qua: certè non concordant cum generali corundemmet de Affectionibus Entis Transcentalibus, superius exposita doctrinâ. Nobis videtur rem expediri commodius non posse, quam si, ut supra philosophati sumus, dicatur, omnem Affectionem Entis disjunctam formaliter denotare Statum Entis ab Ente non realiter sed formaliter per rationem distinctum ipsiq; hoc pacto superadditum, realem tamen & realiter competentem, pro ratione cuiuscq; specialioris Affectionis explicandum. Erit igitur CAUSA (quod de Actu & Potentia in praecedenti disput. itidem observavimus, & observabimus in cœteris de toto affectionum disjunctarum choro) non id formaliter, quod influit in esse causati; sed Status Entis ab hoc influxu denominatus, ut in decisione est positum.

6. Quem influxum causa, in esse, sequitur necessariò Dependencia Causati à Causa: non tantum necessarie conjunctionis, sed omnino qua: imperfectionem aliquam in effectu arguit. Nihil moratur h.l. argutias Fr. B. Spei part. I. Phys tract. 2. d. 5.

DECIS. III. Causa per ACCIDENS propriè sic dicta, est  
vera

vera Causa: nec dicendum 7. per ACCIDENS, Causa additum, esse Terminum Alienantem, qualis cum virgo deflorata dicitur. Contra Stahlium præcipue, Homborgum, & horum sequaces. Videantur Dissertationes Dr. D. Scharffij de Causis per Accidens, itemq; B. Jac. Mart. & alij r̄um Theol. r̄um Phil.

2. Est verò Causa per Accidens, de quâ hic loci agitur, propriè illa, quæ prater intentionem producit effectum. Coeteras acceptiones de quibus varie discitur passim seu improprias partim, partim ambiguas, partim hunc ad locum minimè spectantes consultò mittimus.

3. Deus ne hoc nullo alio modo Causa peccati per Accidens dici debet. Contra Calvinianos non paucos, aliosq; Videatur Dn. D. Calov. in Met. Div. & alij.

#### DECIS. IV. CAUSA SINE QVA NON

1. Quæ in rebus purè naturalibus, puta, Physicis, Medicis, Politicis, Historicis, juridicis & similibus, communiter sic vocatur, plerumq; non est vera Causa sine qua non, quare nec vera Causa; sed conditio potius ad effectum in certo subiecto, à Causa ceteroquin sufficienti, producendum, requisita. Atq; id est quod D.D. Calovius Met. Div. cap. 15. cum aliis Philosophis innuit, Causam sine qua non veram Causam non esse, sed conditionem nudam. Hoc item quod distingvunt alij Causam in veram & sine quanon, conditionem intelligentes.

2. In rebus tamen moraliter bonis aut malis, si dicatur, Effectum moraliter bonum aut malum, produci ab aliqua causa non posse, nisi, cum eā jungatur causa aliqua sine qua non qua non impedimentum duntaxat removeat à certo subiecto ut id ipsum agentis recipere queat actiones, sed Agens insuper ipsum qualificet, modifiet aptetq; ut sine coniunctione hac, qualificatione, modificatione & aptatione cause, ea ipsa insufficientis sit ad Effectum producendum: Ibi tunc causa illa sine qua non, est vera causa. Quod licet in aliis quoq; procedat, maximè tamen obtinet in rebus moraliter bonis vel malis, cum bonitas aut pravitas adscri-

adscribitur Actui tantum ob presentiam aut absentiam cause. licet sine quā non. Ibi enim causam illam sine quā non, esse verum istius effectus, quāt. moralis est, causam quis dubitet? Quicquid etiam Hornejus, Stahlius, & nuper in dissertatione peculiari de causa sine quā non Daniel Wüllerus Prof. Noricus operosè ac otiosè ferè congestis exemplis & autoritatibus veterum ac recentium Philosophorum, Theologorum Historicorum, Politicorum &c. plerumq; à scopo ab ludens, aliiq; in decidenda questione Theologicā, an Bona Opera sint necessaria ad salutem & justificationem ut causa sine quā non, in contrarium nitantur.

DECIS. V. *Omnis vera Causa est vel Efficiens, vel Materia, vel Forma, vel Finitis.* Distributio est recepta ex Aristotele.

2. Estq; hæc divisio non quidem immediata, neq; in species infinitas, univoca tamen & in eo sensu adæquata, quod nulla causa detur, quæ non ad aliquam istarum referri queat, Vid. Fr. B. Spei part. Phys. tract. 2. disp. 2. dub. 2.

DECIS. VI. *Verum quidem est dari non tantum in mente artificis Exemplar seu Ideam operis. Sed etiam rerum omnium Exemplaria seu Ideas in mente conditoris: contra veteres eos, qui vel mundum sine Deo ab æterno naturaliter processisse, vel minimum à Deo non juxta liberrimum voluntatis beneplacitum, sed necessario juxta materiæ exigentiam conditum suisse autemant.* Cartesiani quantum ab hoc posteriori speculacione suā dissent, ipsi viderint.

2. Ubi Idea seu Exemplar in mente artificis, presupponit quondam ideam seu exemplar exterius, quod & exemplar Arctypum dici posset, ad cuius similitudinem, conceptus ille in mente artificis efformatur, & juxta hunc opus externum producitur: Deus autem exteriorem hujusmodi ideam seu exemplar nequaquam requirit. Quod posterius negare dicitur Plato, & impugnatur ob eam causam à Peripateticis, quem tñ. excusat Jac. Fournenc tom. 3. Syn. Philos. cap. 28. assertens, hanc sententiam Platoni falso attribui.

3. Estq;

3. Estq; hæc ipsa Idea seu Exemplar in mente artificis, notio aliqua, Imago, conceptus, distincta ab artifice ipso essentia, & re, cuius est idea; in Deo autem ipsissima Dei essentia, prout aliquo modo à quoipam participanda. Ceu contra Scotum disputat. Jac. Fournenc l. d. qui voluit exemplar esse rem ipsam quæ facienda est, prout objicitur menti artificis. Videtur tamen Scotus intelligendus non de re ipsâ codem modo quo est extra intellectum; sed quoad similitudinem. Vid. à Sanct. Jac. Phys. p. 118.

4. Quia ramen agens quocunq; intellectual, non agit per sed juxta intellectum, & consequenter idea seu exemplaria non influunt agendo in effectum, sed prelucendo duntaxat; non videtur Causa Exemplaris ut talis, esse vera causa, sed lux & fax ab agente intellectuali in agendo presupposita. Contra Platonicos nominatim Jac. Fournenc l. d.

5. Quod si esset nihilominus causa vera, non esset à ceteris quatuor causarum generibus distincta; sed pro diversâ ratione pertineret vel ad causam efficientem ceu qualificatio & modificationem illius; vel juxta alios ad Formalem, juxta alios ad finalem: de quo non valde litigabimus. Vid. à Sanct. Jac. l. d. p. 118. Joh. Lal d. 4. Phys. p. 8. Combach. l. i. Met. c. 19 & alij.

DECIS. VII. Inter quatuor verò causarum genera supra recentia, aliquis constituendus est ordo cum intentionis, cum executionis, cum dignitatis.

1. Intentionis hic ferè. Intenditur finis seu totum compositum: postea forma ceu nobilior pars: actum materia: intendit verò hæc singula efficiens.

2. Executionis verò Adhibetur Materia preexistens ceu basis: producitur forma ceu terminus proximus: qua cum materia conjuncta constituit finem seu totum compositum: efficiens verò exsequitur hæc singula.

3. Dignitatis tandem Preit efficiens: finalis, cum formalis & materialis sunt excedentia & excessa diversis respectibus: formalis

malis item prestat materiali. Vid. Fr. B. Spec Phys pag. 83. Alter paulo à Sanct. Jac. p. 47. Phys. de Causis aliter alij.

DECIS. VIII. Omnis Causa ad causandum aliquam requirit existentiam. Et quidem,

1. Causa finalis intentionalem existentiam in agente propter finem si habeat, sufficit, nec requiritur existentiarealism.

2. Causa materialis ad causandum materialiter requirit existentiam Realem.

3. Sicut & causa formalis.

4. Causa efficiens Physica ad Physicè causandum requirit existentiam, non intentionalem nudè sed realem. Contra Fr. B. Spec Phys. part. 1. tr. 1. d. 8. Resol. 4. qui pro se multis ibi citat.

5. Causa tamen efficiens moralis, Physicè ut existat necesse non est; est tamen ut intentionale illi, quod ad agendum moraliter movet sit præsens.

DECIS. IX. Quinimò causa omnis juxta esse quo influit, causato suo, non quidem tempore, sed natura Prior esse debet. Ita communiter disputant contra Soncinatæm, ut videre est apud Lalemand. l. d. & alios.

2. In quantum tamen actus se mutuo respiciunt, causa que-  
cunq; cum causato quoconq; seu mutua relata simul sunt.

3. Hinc que de prioritate, in quo & a quo disputari à Scho-  
lastis solent, videntur esse supervacanea.

4. Quando rorò cum Oviedone, qui à sensu reliquorum fere  
discedit, ea distincio explicatur per prioritatem. Originis ac  
Naturæ, & illa vocatur prioritas à quo, hæc in quo, ac juxta  
illam omne id prius est à quo aliquid, sive natura & essentia,  
sive supposito duntaxat diversum, trahit originem, ut ita nec ex-  
cludatur causalitas, nec includatur; juxtag; bant id solum pri-  
us sit, à quo aliquid natura & essentia diversum produci-  
tur, ut ita innuat ar causalitas propriè dicta; ibitunc ea distinc-  
tio, non quidem è medio prorsu tollenda est, uti facit Fr. B.  
Spec l. d. num. 46. bujus tamen loci non est, ut pote cum prio-  
ritas

prioritas illa que dicitur à quo seu originis non importet ne-  
cessariò veram causalitatem; altera verò qua est in quo seu na-  
ture, dijudicari posse ex jam positis. num. 1. & 2. vid. Oviedo  
contr. 7. Phys. puncti 3. num. 6.

DECIS. X. Non potest res eadem sive eodem sive diverso in-  
stanti reali, q; vo à Deo solo, aut fortassis alio etiam agente pro-  
ducitur, sive supernaturaliter sive naturaliter, emittere ali-  
quam actionem, efficienter sui ipsius productivam, & sic dare  
sibi ipsi esse sive primum per actionem negativè primam, sive se-  
cundum per actionem secundam. Contra Arriagam disp. 7.  
Phys. sect. 9. Svarezium adducentem, quod dicat is fieri de  
facto in iuxtag; quod Christus existens adæquatè per pri-  
mam actionem à solo Deo seipsum producat Physicè se-  
cundò sub speciebus Sacramentalibus: & addentem, se  
non audere improbare sententiam Svarezij. Alias autem in  
antecedentibus dicit esse omnino certum per actionem  
primam nihil posse à seipso produci. At Fr. B. Spei asserit  
id fieri posse etiam per actionem primam negativè, ut det  
sibi quidpiam esse primum. L. d. Vide omnino Mendozam  
disp. 9. Phys. sect. 13.

DECIS. XI. Due cause externe, causantes juxta diversum esse,  
puta intentionale & reale, possunt juxta diversum illud esse sibi  
invicem esse cause; non tamen secundum esse omni ex parte reale.  
Hoc est, e.g. potest sanitas quo ad esse intentionale causa-  
re finaliter deambulationem; & hæc sanitatem causare in  
esse reali efficienter: non potest autem realis sanitas esse  
realis causa deambulatione illius, cuius est effectus.

2. Due cause interne, nequeunt sibi in vicem esse cause. Con-  
tra Fr. B. Spec l. d. p. 89. qui id naturaliter resol. 2. & supernatu-  
raliter resol. 3. fieri posse ait. Vid. Oviedo l. d. punct. 8.

3. Due cause diversorum generum juxta diversum esse possunt  
nonnunquam sibi in vicem esse cause; nequeunt tamen juxta  
esse omnino reale. Potest v. c. soboles aut propago quævis

conservare familiam ac postea genus humanum, aut quamvis aliam speciem, esseq; adeò quo ad materiam & formam suam realis causa conservationis familiæ ac postea generis humani, aut speciei cuiuscunq; ubi tamen hæc ipsa conservatio familiæ ac postea generis humani aut cuiuscunq; speciei, est causa quædam finalis liberorum, sibolis & propaginis cuiuscunq;, licet alij quoq; accedere possint usus.

DECIS. XII. *Causæ internæ & externe sunt & non sunt nobilitores suo effectu, seu toto composito: quinimò hoc utriusq; perfectionem cùm obtineat, utrāq; seorsim sumta nobilitas est - non tamen essentialiter ac toto genere: sed gradu alter solum, ita ut si hoc substantia sit, nullæ ius causæ internæ esse queat accidentis, licet esse debeat substantia incompleta, quod graduale non essentiale infert discrimen.* Impingit hic loci Joh deBruyn-Prof. Phys. & Mathes Ultraj. in disp. quâ se argumenta pro Formis substantialibus Plantarum & Inanimatorum (hic n. præter cœterorum Cartesianorum morem non solum animam rationalem, sed & animas animalium brutorum substancialias esse concedit, ubi alij Cartesiani & horum sequaces solam admittunt animam rationalem) adduci solita confutaturum pollicetur. De quo alibi.

2. *Causæ externæ sunt ut plurimum nobiliores suo effectu aut minimum aequæ nobiles.* Efficiens quidem si sit causa univoca e- quæ nobilitas est cùm effectu essentie, sin equivoca nobilior omnino. Finalis verò simpliciter talis effectus cuiuscunq; prepoteret: & alias etiam antecollit effectum si sis ipse sit naturale medium ad hunc finem ordinatum: alias finis ob varietatem suam, cum effectu, diverso respectu videntur esse excedentia & excessa. Vid. Joh. Lalem. disp. 4. Phys. part. 9. & potissimum Suarez dis. Metaph. 25. sect. 1.

DECIS. XIII. *Causa ad Effectum terminatur non in communione, sed particulari: ita ut si non posset v.c. Ignis producere calorem particularem quem producit, destrueretur prorsus potentia-*

*tia calorem producendi: item si non darentur colores particulares & lux particularis & alia requisita ad videndum in particulari, etiam non daretur potentia visiva. Ut adeò & potentia intentionales irrationales a rationales & potentie Physice activæ, & passivæ, non terminentur in causando ad effectu plures sub una ratione communi, sed in particulari, ita nempe, ut si impossibilis esse causatio effectuum in particulari, etiam impossibilis esset ipsa potentia causandi.* Vid. Mendoza disp. 8. Phys. sect. 3. Et Rod. ab Arriaga disp. 7. Phys sect. 3. cont. nonnullos Recentiores disputantes.

DECIS. XIV. 1. *Potest aliqua Causa Creatæ operari in distans, non tantum actione, cuius medium interpositum capax est, uti potest e.g. Sol illuminare sublunaria; sed etiam ubi medium actionis capax non est; uti potest e.g. Magnes attrahere ferrum etiam interposita tabellæ aut petri anæa.* Ita cùm B. Sperlingio Inst. Phys lib. 2. p. 338. contra Mendozam qui posterius hoc negat. quem Arriaga sequitur cùm pluribus aliis. Nobiscum facit etiam Scotus ab Arriaga citatus.

2. *Deus non potest agere in distans.* Contra Vorstium & alios qui negant Dei omnipräsentiam.

DECIS. XV. 1. *Duae Causæ externæ totales, & Physice, ejusdem ordinis, quod unum numero effectum supernaturaliter, producere possint, non videtur inficiandum.* Contracos quos citat Fr. B. Spei h.!

2. *Due tamen Causæ Internæ, Totales, Physice, ejusdem ordinis, non possunt ullo modo unum numero effectum constituere.* Contra Fr. B. Spei l. d.

3. *Naturaliter tamen nequeunt etiam dues causæ efficientes totales, ejusdem ordinis ac Physice, unum numero effectum producere.* Cont. eundem B. Spei omnia isthæ afferentem.

4. *De Diversis sumis causis nos eadem que de simul sumis pronunciamus.* Quicquid dicant alij. Vid. Oviedo contr. 7. Phys punct. 6. & Suarez disp. 26.

**DECIS. XVI.** 1. Non est negandum causam que Remota dicitur, que mediantilis accidentibus naturaliter sibi competentibus & ordinatis ad hunc effectum, agit, esse veram propriè & in rigore dictam causam, quamquam non immediata sit, agatq; non ut Principium Quosed Quod. Contra Mendozam disp. 8. Phys. sect. 4. Arriaga disp. 7. Phys. sect. 4. dicit esse litē de nomine tantum ac modo loquendi, in re verò nobiscū facit.

2. Causa tamen Remota, que agit mediantilis accidentibus sibi non connaturalibus sed per conjunctionem cum causa naturaliter ordinata ad hunc effectum, non est in rigore dicta causa, neq; propria ferè nisi forte moralis, sicut e.g. Aqua cui admittus ignis est, non est proprie & in rigore dicta causa calefactionis, sed ignis in ea delitescens.

### SECTIO POSTERIOR DE CAUSARUM GENERIBUS SPECIATIM.

#### DECIS. I.

I. CAUSA EFFICIENS exercet quidem Causalitatem suam per actionem realē, quia tamen & Forma dum informando influit, influit agendo, & supra ostensum est, in disput. praecedenti Ens ab ACTU denominari propter Statum in quo per actionem locatur in genere sic dictam respectu potentia activa & passiva; idē in expressione causalitatis ipsius seu rationis formalis cause efficientis, ad specialiorem atq; soli efficienti competentem actionem recurrentem est, que juxta nos quidem est. Productio seu Effectio causati. Communiter quidem contra Soncinatem, Fonsecam, Javellum & alios, statuunt causalitatem efficientis esse Actionem: Nobis tamen id videatur partim nimis latum, partim etiam falsum.

2. Ubi tamen non ipsa productio aut Effectio est ipsa causalitas causa efficientis licet per productionem seu effectionem causalitatem exercat, efficientis causa; sed Status Entis à Productione illa seu effectione denominatus.

3. Hinc Causalitas causa efficientis in Actu primo non est potentia

tentia agendi utpote que nonnunquam accidens est, nec supposita ab efficientis causa ratione excludenda sint: non etiam Status ipse Entis ab Actione denominatus, utpote qui spectat ad Potentiam Activam, de qua in precedenti disputatione, & alias sicut Actio generativis sumta, ita & Status ab Actione illa denominantur efficienti cum aliis causis communis sit: non etiam potentia ipsa producendi, utpote que rursus in quibusdam est accidens, & rursus excludit supposita: Sed Status Entis à potentia producendi effectum, denominatus. Hinc in Actu secundo quid sit efficiens causa sponte sua licet. Ubi monendum rationem causa Efficientis in Actu primo promanare ex ratione potentiae Activa, seu specialiorem coloniam; in Actu vero secundo ab Actu ipso potentiae activae respondentem, magnāq; utrūque omnes ita has quoq; Transcendentales Entis affectiones intercedere affinitatem & similitudinem ex transcendentia ortam, ita ut omnes omnino potentiam & actum presupponant. Potissimum contra Joh. Homborg. qui disp. 7. Met. th. 19. Rationem causandi seu causalitatem ipsam (hac n. cum aliis pro iisdem habet, licet sint, qui distinctionem inter illa constituant) causæ efficientis in Actu primo dicit esse Potentiam agendi e.g. discendi, docendi; in Actu vero secundo Actionem vel effectionem ipsam.

**DECIS. II.** Causa vero efficiens Principalis non est illa cui proprie & simpliciter tribuitur actio: aut que propriā virtute influit in effectum: aut que sufficiēt virtute influit seu que cum concursum sibi debito sufficiens est ad producendum effectum: aut que proxime & per proprium influxum influit in effectum seu in formam constituentem effectum: aut que per se & sine motione alterius vim habet operandi. Quæ descriptiones latè impugnantur à Suarezio disp. 17. Met. sect. 2.

2. Sed in Recto quidem Ens quod in producendo effectu predominatur aliud exitando, movendo, applicando, & quovis modo ad producendum effectum adhibendo.

3. In Obliquo autem & Formaliter, Status ejus Entis à tali ratione causandi denominatus.

4. Intelligendum autem utrumq; est de Actu secundo: qui utrobiq; presupponit Actum primum, seu potentiam hoc pacto quid producendi, inq; eo statu sepe sistendi.

DECIS. III. Causa Efficiens Prima per se & immediatè immediazione & virtutis & suppositi ordinariè concurrit ad omnes effectus causarum secundarum secundum substantiam Actus consideratos. Contra Veteres ac Recentiores plurimos quorum catalogum reperies apud Fr. B. Spei part. 1. Phys. tract. 2. disp. 7. dub. 3. num. 11. quibus adjungatur Joh. Latem. part. 2. Decis. Phil. seu disp. 4. Phil. part. 4. quoq; pro se citat. Alias tamen pro parte nostra stant Theologi & Philosophi nostrates, B. Jac. Martini, Dn. D. Scharffius aliiq; quin & ex Pontificiis Fr. B. Spei, Philip. à Sanct. Trin. Jac. Fournenc. post Svarezium & alios.

2. Non tamen sola Causa prima verè & propriè dicta causa efficiens salvari debet; Sed omnino etiam Creature verè & propriè loquendo, Causæ efficientes suarum actionum, etiam principales censenda. Contra P. Aliacensem cui videtur favere Avicenna, Gabriel, Ragusa & alij apud Fr. B. Spei, Vid. etiam Oviedo & Jac. Fournenc.

3. Nec repugnat etiam Deo, Causa in Agendo principali, adjungere quandoq; Causam ~~negat aptum~~, qd; sit prior non ipso Deo sed actione ad quam Deum seu principalem causam moveat, idq; in signo rationis duntaxat quo ad esse cognitum respectu actionis illius ex parte Dei spectate; ex parte effectuum verò etiam realiter nonnunquam. Contra Adrian. Heereboord. Mel. Phil. Vol. 2 disp. 16 th. 5. adversi Theologos & Philosophos nostros frivole & inepte insurgentem.

DECIS. IV. Instrumentum qvodvis propriè vereq; dictum est vera Causa efficiens. Communiter admittitur hæc thesis nisi quod Philoponum negantem citant nonnulli.

2. Est

2. Est verò instrumentum verè & proprio sic dictum, manendo in iis, qd naturam non excedunt, illud qvod predictum virtute activa à virtute activa cause principalis distincta, ex se tamen insufficienti ad effectum producendum; assumitur & adhibetur ac moveatur, & supramensuram propriæ sua actionis arq; perfectionis elevatur à causâ principali ad effectum vel simpliciter vel melius faciliusq; producendum.

3. In iis tamen qua excedunt naturam, uti sunt instrumenta que à solo Deo adhibentur ad supernaturales effectus, non videtur statuend: esse virtus activa distincta à virtute activa Dei in instrumento, ad effectus illos, prout sunt Supernaturales; Sed dicendum influere instrumenta illa in solidum per virtutem Dei: prout verò sunt vel Pedagogica vel alio tali modo conjuncte illis effectibus purè Supernaturalibus Actiones, tribuenda est Instrumentis illis ad eas ipsas, habità differentia eorundem ratione, Virtus quadam Activa, distincta à virtute causa principalis. Universim verò, si indiscriminatim omnis ea Virtus, que competit instrumento seu à nature, seu ab artifice, seu à Deo, propriæ rei Virtus dicenda est; censendum quoq; etiam instrumentum Supernaturale propriæ Virtute ad effectum concurrere; licet Virtus illa ad res Supernaturales non sit distincta à Virtute ipsius Dei, sed ita propria instrumento ut & Deo propriæ relinquatur, diverso tamen modo. Peccant hic & in praecedente quidam in excessu quidam in defectu. Juxta Jac. Fournenc Tom. 3. Synop. Philos. cap. 22. p. 143. Recentiores nonnulli, quibus Svarezium quoq; adjungit, putant opus non esse ut instrumentum moveatur à principali Causa, & elevetur ad producendum effectum se nobilitorem. Eundem Svarezium allegat Phil. à sanct. Trinit. & expressè illi sese opponit. Nobis in præsenti non vacat in Svarezij mentem inquirere quare de re ipsa tantum agimus. Alij verò ut Scotus & Scotistæ negant omnino Instrumentum agere virtute & Actione propriâ, sed solum virtute &

te & Actione Principalis. Alij e quibus est Phil. à Sanct. Trin. de Supernaturalibus aequè ac de Naturalibus & Artificialibus indiscriminatim loquuntur. quod non videatur commodum.

4. Actionem tamen illam Instrumenti ab Actione cause principalis distinctam, Præviā esse non oportet, ut inee est possibile. Contra Phil. à S. Trin.

5. Terminus verò cause & instrumentalis unus idemque est cum termino principalis cause, licet diversi mode.

6. Recte dividitur Instrumentum in Naturale, Artificiale & Supernaturale, licet cum aliquā inaequalitate. Non asentimur Mendozæ & Arriagæ alijsq; statuentibus, instrumentum Artis non esse instrumentum verum ac tantum pati motionem artificis. Sed nec dubitamus instrumentum supernaturale vocare instrumentum, licet actio ejus & vis distincta non sit à virtute & actione cause principalis.

Dicitis. V. CAUSA FINALIS est vera causa. Contra Stoicos, qui putant solam causam efficientem esse veram causam, uti videre est apud Senecam lib. 8. Ep. 66.

2. Est verò Finis causa externa cuius gratia res est: seu causa externa movens efficientem ad effectus productionem. Intellige rursus Statum Entis non ens ipsum: quod tamen opus non est ut expreſſe hic ponatur, quia involvitur hoc ipsum in termino cause, cui specialis tantum determinatio à cæteris verbis accedit.

3. Causalitas cause finalis in actu primo est appetibilitas ex Bonitate orta: in actu secundo motio efficientis per istam appetibilitatem ad producendum effectum.

4. Causat verò realiter, si jō reale opponitur illi quod est tantum per mentis fictionem; fin est idem quod causare per presentiam realem & actione realiter influente in Subjectum, ita non causat realiter sed intentionaliter seu metaphoricè uti loquuntur. Torquent sese hic Autores miserè, Javellus,

Fonse-

Fonseca, Pererius, Conimbricensas, Svarez, Soncinas, Thomas, Avicenna & alij, quorum sententias prolixum esset recensere.

5. Adiuvaverò ut Intentionaliter causet Finis, requiritur e-  
ius præcognitione in Causa Efficiente, etiam particulari & proxima, seu naturali seu liberâ. Contra Ben. Pererium lib. 8. Phys. cap. 3. ad tertium. Et alios.

6. Non quidem ut ratio motiva, aut ut ratio formalis, sed tantum ut conditio præreqvista, habens se in star approximationis agentis ad passum. De quo vid. Arriaga disp. 8. Phys. sect. 5. subsect. 2.

7. Propter Finem verò agunt non tantum Angelis & homines, sed omnia agentia seu natura seu libera. Vid. noster B. Sperling. in Phys.

8. Etiam Deus: & quidem Principaliter propter seipsum, tanquam omnium ultimum finem, postea verò etiam propter alia extra se, ut ordinata ad finem illum principalem. V. Arriag. lib.

9. Intelligendum tamen id de Actionibus Dei transcurrentibus, non immanentibus, quod habeant Causam Finalē: Imma-  
nentes verò Actiones Dei habent finem; si per finem intelligitur idem quod terminus, non habent finem; si per finem intelligitur aliquā causā. Vid. Scheiblerum & Arriagam.

10. Actiones item illæ Dei transcurrentes, causam finalē habere dicuntur, non ex parte Dei sed effectorum.

11. Appetibilitas, qvæ causat finis in Actu Primo, oritur ex rei bonitate: hinc finis esse nequit nisi quod bonum est aliquo modo, minimum apparenter: & exinde malum qvæ tale non potest esse finis; potest tamen prout apparenter est bonum.

12. Intellige verò Bonitatem non tantum moralem, sed quic-  
quid vel honestum vel utile vel jucundum vel qvocunque modo naturaliter, transcendentaliter, moraliter bonum est. Hinc indif-  
ferentia qvæ vocantur, i.e. nec bona nec mala, qualia sunt, edere, bibere &c. cum respectu bonitatis ac præcivitatis moralis tan-

C

tum

tum indifferentia vocentur, accateroq; in alio modo bona sint,  
finem esse non repugnat.

13. Medium ad finem finis esse nequit sub hac ipsa formalitate;  
potest tamen esse finis respectu, quod appetatur propter  
finem principalem tanquam suus intermedius.

14. Ut ergo finis verus finis est ille dicitur cui sensu; & quis  
qui vocatur finis cuius seu qui seu &. Prius negat Timplerus  
lib.3. Met. cap.2. quæst.4. Posteriorius Occam.2. D. 1. Biel. ibidem  
quæst.5. Henricus Quodlib.2. quæst.1. ut videre est apud Scheiblerum.

DECIS. VI. MATERIA est vera Causa cont. eosdē Stoicos.

2. Est verò Materia si Physicè loquamur Causa Interna ex  
qua corpus naturale constituitur. Intelligendo nempe ipsum  
illud Ens quod formam sustinet, estq; altera corporis eaq;  
ignobilior pars, adeoq; Ens verum, non Affectio Entis.

3. Metaphysicè verò si loquamur, Materia taliter descripta,  
Subjectum est, non ipsum id, quod formaliter materia in Metaphysicè  
vocatur. Est autem hæc ipsa formaliter Status Entis illius  
denominatus ab hocce influxu constitutivo partiali. Uno verbo  
formaliter loquendo: Materia est causa interne qua corpus  
naturale, formam intimè sustinèdo, intrinsecè constituit. Quam  
constitutionem corporis per sustentationem formæ sequitur ne-  
cessario quod materia ad obeundas functiones instar fulcri &  
sustentaculi formæ se substernat. Observa tamen causæ terminum ita explicandum ut supra.

4. Causalitas ergo causa materialis in Actu Secundo est con-  
stitutio intrinseca corporis per sustentationem formæ. Conse-  
quens ejus, ab obeundas functiones, instar fulcri & sustentaculi  
Formæ se substernere. Id verò ut fiat vis & aptitudo requiritur  
in materia, quæ hæc omnia præstare queat, quæ est Causalitas  
materiae in Actu Primo. Intelligendo in omnibus non ipsum illud  
Ens quod materia dicitur, sed statum ejusdem à tali influxu de-  
nominatum. Ita philosophando non immittimus falcam

in

in messem Physicam, & reddimus expreſſe rationem, quo  
pacto Metaphysicæ speculations quæ coeteroquin in par-  
te generali cum materiâ sive singulari sive universalí nihil  
habent negotij, de materiâ tamen solicite esse possint. Is  
n. Status verè Metaphysicus est, non Physicus, licet rerum  
Physicarum.

5. Hoc etiam modo, si Metaphysicè Philosophamur ac non  
Physicè dicti omnino potest; materiam vel esse Primam vel Secun-  
dam: dividendo materiam non in Species sed diversos Status:  
ita nempe ut Secunda sit Status ille materia quo e. a. ipsa alicuius  
certi & determinati corporis naturalis constitutionem Physi-  
cè ingreditur, que vocari quoq; possit materia Sensibilis; Pri-  
ma verò Status ejusdem illius materiae, quo materialiter qui-  
dem est singularis; habent tamen omnia illa singularia aliquid  
commune, quod per operationem mentis nostræ in Statum uni-  
versalitatis deductum exhibet materiam ut sic: que formaliter  
hac pæcto spectata fit non nisi Intelligibilis. Alias verò, uti ma-  
terialiter in rerum natura existit, verè Sensibilis ac tantum Se-  
cunda seu determinata est. In quo sensu etiam B. Sperlingius  
Materiam Primam & Secundam admittit, uti videre est  
ex Instit. lib.1. cap.2. quæst.3. Sed monet videndum esse ne  
de rebus Physicis loquamur non Physicè.

DECIS. VII. FORMA est vera Causa Cont. eosdē Stoicos.

2. Est verò Forma Physicè loquendo, causa interna, per quam  
corpus naturale constituitur. Intelligendo nempe ipsum il-  
lud Ens quod materiam informat, in certa specie substanciali collocat, & operationes varias in eadem perq; can-  
dem exercet, estq; altera eaq; nobilior corporis naturalis  
pars, adeoq; Ens verum non Affectio Entis.

3. Hoc loco verò forma taliter descripta Subjectum denuo  
est, nō ipsum id quod formaliter & obliquo dicitur Forma. Est  
autem hæc ipsa formaliter Status illius Subjecti denominatus  
ab hocce influxu causativo partiali. Uno verbo, formaliter  
hic

hic loquendo: *Forma est Causa Interna* (Causam juxta superiore accipiendo) que corpus naturale materiam informando intrinsecè constituit. Quam informationem sequitur necessario functionum communicatio.

4. Causalitas igitur forma in Actu Secundo est constitutio intrinseca corporis per informationem materie. Consequens ejus functionum communicatio. Quod ut fiat, vis & facultas requiritur id prestandi, quae est causalitas forme in Actu Primo.

5. Queritandem solet quid informat forma, an materiam an totum compositum? Dicimus breviter. Informat formam materiam, non dando illi esse simpliciter, sed tantum determinando ad certam speciem, & largiendo aliquas functiones; quo respectu forma non est Causa interna, quia de queritur hic loci: informat verò totum compositum dando ipse esse simpliciter quamquam partiale hec sum materia: & hoc pacto forma est Causa interna de qua agimus. Varie sese inacerant iterum Scholastici, Aegidius, Javellus, Pererius, Fonseca, Svarez, Lalemandetius &c alij.

Hoc opus, hic labor est, cunctas cognoscere causas:

Quas sapiens uno lumine rite videt.

Id quia Tu præstas, juvenum doctissime, nonne  
Grande decus pariet tam bona Causa tibi?

gratulab. PRÆSES.

Virtus & indoles latere diu nequit.

Opinione prius suas nobis opes

Otentat, atq; mira saepius sagax

Molitur. Id suo probat conamine

HNILICENUS Artium peritus, prodiens

In publicam cathedram. Deus sic dirigat

Hunc, ut cupitum sortiatur eventum.

ISAACUS ZABANIUS Brodano-Hung.

F I N I S.

JESU BONE FAVE!  
DISPUTATIO METAPHYSICA  
NONA.  
SUMMARIAM DECISIONEM  
CONTROVERSIARUM

DE

# ESSARIO ET GENTI, DEPEN- INDEPENDENTE, INCREATO, FINITO ET ET HISCE AFFINIBUS Occurrentium exhibens

quam  
rentissima Leucorea  
Sub Presidio

# NNIS BAYERI

Hungari Facult. Philosoph.  
Adjuncti.

Philosophantium lice  
submittit

MATTHIAS FRIZ.

Ilmā-Svevus.

Ad diem 9. Martij horis Pomerid.

In Auditorio Majori

Anno M DC LIX.

WITTEBERGÆ  
Typis JOHANNIS BORCKARDI.

f. 17. 2073

quoad exte-  
tatum, seu

4. Certi  
qualitatem  
quo deficere  
Scholastic  
edone cui  
rint Deua  
individu  
Dubium t  
in menten

5. Darit  
alio quo cur  
infinitas a  
res illae, seu  
stragalis pu  
Scholastic  
cant. Lege  
& alios, leg

6. Hinc  
tempo teru.

DEC.XI  
RUPTIBI  
posse darior  
hilum redi  
nem Husli  
lare, ut vic

De quorum tamen sententia dubium ~~et~~ què est ac in priori-  
bus. Alia vero ratione sub istis terminis disputat Oviedo  
de Anima. Contr. 7. punct. 1. §. 4. Num. 21. Post Svarezium  
Vasquezium, Tannerum, alios contra dissentientem Arri-  
agam disp. 15. Phys. sect. 2. Num. 64. afferentemq; quod  
Deus possit producere creaturam per se ipsam tempore in-  
visibili durantem e.g. una hora, quā non possit corrumpiā  
Deo etc. Nos vero Tricasistas non curamus. FINIS.

tive si intensionem quali-  
dari quantitatem, nullum  
aut specierum numerum, in  
1. Qui error attribuitur à  
Arriaga, Vallentia, Ovi-  
verò Vicleffo, quod dixe-  
ssitate, nec posse ullum  
quod creavit producere:  
tentiam unquam venisse  
Oviedon h. l. punct. 4. n. 2.  
intitata aut qualitate aut  
es numero verè & propriè  
cung, nomine veniant seu  
rmissim non ludamus, ut a-  
quām misera sit hic loci  
ofecto ignorant, quid di-  
a, Valentianus, Oviedum  
evades sapientior.

ritus questionibus, qvibus  
olisticis, sine re, sine fructu.  
RRUPTIBILI & COR-  
oco, nisi ut dicamus: Non  
alis negrebat rursus in ni-  
rursus Vicleffum & Johan-  
nem possit quicquam annihi-  
lare, ut videtur.

De quorum tamen sententia dubium ~~et~~ què est ac in priori-  
bus. Alia vero ratione sub istis terminis disputat Oviedo  
de Anima. Contr. 7. punct. 1. §. 4. Num. 21. Post Svarezium  
Vasquezium, Tannerum, alios contra dissentientem Arri-  
agam disp. 15. Phys. sect. 2. Num. 64. afferentemq; quod  
Deus possit producere creaturam per se ipsam tempore in-  
visibili durantem e.g. una hora, quā non possit corrumpiā  
Deo etc. Nos vero Tricasistas non curamus. FINIS.

JESU BONE FAVE!  
DISPUTATIO METAPHYSICA  
DECIMA.

SUMMARIAM DECISIONEM  
CONTROVERSIARUM

DE  
**EODEM & DIVERSO  
SIMPLICI ET COMPOSITO,  
COMMUNICABILI ET INCOM-  
MUNICABILI ET HISCE AFFINIBUS**

occurrentium  
exhibens

quam  
In Florentissima Leucorea  
Sub Presidio

**M. JOHANNIS BAYERI**

Eperießino-Hungari Facult. Philosoph.  
Adjuncti.

Publicæ Philosophantium lime  
submittit

**ELIAS LACHANOSARCUS**

Dobscha-Hungarus.

Ad diem 19. Martij. horis Pomerid.

In Auditorio Majori

Anno M DC LIX.

Typis JOHANNIS BORCKARDI.

h. iu. 2076

J. B. F.

DECISIO. I.

**I** DEM in Recto est Ens, quod convenit cum quopiam: in Oblivione non potest esse, sed in Diversitate. DIVERSUM diversum obtinet statum. Alij aliter hac de re.

2. *Diversitas*, que sine pugna est, Distinctionem parit: que cum pugna Oppositionem.

3. *DISTINCTIO* est Status Conceptuum Objectivorum, quo unus aliis non est.

4. *OPPOSITIO* est Status Conceptuum Objectivorum, quo se invicem in eodem subjecto, respectu ejusdem, simul & semel esse vertant cum exclusione.

**DEC. II. DISTINCTIO** omnis referri potest ad has classes: *Distinctio* vel est *sine fundamento*, quæ est nuda unius ejusdemque conceptus objectivi repetitio, seu sub uno seu sub diversis nominibus, & recte vocatur *Distinctio Rationis Ratiocinantis*; vel *prævio fundamento*, quæ est inter distinctos Conceptus objectivos seu formalites Objectivas, estq; hæc sola *Distinctio propriè dicta*, ut sic omnis verè & propriè dicta *Distinctio Formalis*. *Distinctio* meritò vocatur, & quidem Simpliciter, h.e sine determinatione an sit per nudam rationem, vel ex natura rei talis. Est enim portio *Formalis* hæc *Distinctio Simpliciter ita dicta*, vel per *Rationem Ratiocinatam* talis, ubi singulis distinctis conceptibus formalibus aliqua formalitas Objectiva in re ipsa respondet, adeoq; quilibet conceptuum formalium fundamentum in re invenit, ipsæ tamen formalites objectivæ distinctæ non sunt in re, seu à parte rei, sed in mente tantum nostra eas ut diversas apprehendente, seu ex parte Actus; estq; hæc *Distinctio* tūm Affectionum Transcendentialium inter se & à subjecto, tūm Divinarum inter se & à DEO, tūm diversarum Virtutum unius ejusdemque Perfectionis, aut Essentiaz, tūm diversorum graduum

**Metaphysicorum quæ** (exceptâ Distinctione Virtuali de qua aliter sentiunt propemodum) Scotistæ, dicunt distinguvi Formaliter ex natura rei sive ante Intellectum, Thomi, stæ vero, proprius ad nostrā mentem, objectivè post intellectū quæ tamen fere nomine tantum distinguī putat. B. spei: vel *Formalis ex natura rei* ubi non modò singulis distinctis conceptib⁹ formalibus aliqua formalitas objectiva in re ipsa respondet, adeoque quilibet conceptuū formalū fundatum in re invenit, sed ubi insuper ipsæ formalitates objectivæ respondentēs nostris conceptib⁹ formalib⁹, differunt in ipsa re, præcisâ operatione nostri intellectus. *Ergo*, haec vel *Realis*, quæ est inter rem & rem, *eag. vel strictè & absolute talis*, quæ vocatur *Essentialis*, quæ est inter res essentiā & numero diversas; vel per *Analogiam* quæ non est præcise vel inter duas res actu existentes sufficiente unā solū, quomodo Ens à non-Ente cuiuscunq; nominis etiam Realiter distinguī dicitur, vel non præcise inter res essentiā & numero diversas, sed suppositaliter, Personaliter, Hypostaticè, quæ eodem redeunt h. l. unde oritur *Distinctio Hypostatica seu Personalis seu Suppositalis*: vel est *Modalis*, quæ Modi cum re aut Modorum inter se Modi tamen voce sumptuā non pro conceptu aliquo contrahente, qualis est *Substantia & Accidens*, aut pro modo Subsistendi, qui vocatur *Hypostasis*, aut pro Attributo Transcendentē, hæ enim acceptiones Modi aliò spectant, sed pro qualicunq; rei dispositione, qualis est pugnus & palma in manu, paritas & imparitas in numero, figura in quantitate, & similia: Quæ *Distinctio* est quidem ex natura rei seu citra operationem nostri intellectus, minus tamen propriè dicitur à quibusdam *Realis*.

2. *Distinctio Non-Entis*, quo cunq; nomine idipsum veniat, ab Ente, & Non-Entium quorūcunq; inter se non est distinctione verè & propriè sed dicta ex parte ipsorum non Entium; referri tamen potest pro diversa specie non Entis ad aliquem ex hisce modis *Distinctiōnū*.

## DEC III.

DEC. III. *Indicia Realis Distinctionis genuina, à spuriis ut discernantur, tenenda sequentia:*

1. *Diversitas aut multitudo Locorum, Temporis, Sedis Predicamentalis, Productionis aut Corruptionis, Definitionis, ratio item constituentis & Constituti non arguunt ex sed distinctionem Realem*. Videatur Scheiblerus lib. I. Met. c. 8. p. 108. Svarez disp. 7. Met. sect. 2. Fonseca 5. Met. c. 6. p. 395. & alij.

2. *Sed generatim quidem, tūm actualis separatio, Realis puta; tūm separatio possibilis, sive per potentiam naturæ, sive Det, sive mutua sive non-mutua; tūm Essentia diversitas seu numerica seu specifica seu genericæ, ejusdemq; seu unita seu separata; tūm ratio Efficientis & Effecti: tūm incommunicabilitas ratione conceptus objectivi duorum opositorum* (de quo in specie videatur Dn. D. Calovius Met. Div. p. 547. contra Kekermannum) *in Accidentibus* vero speciatim, *præter precedentia, diversitas subjectorum*. Vid. Dn. D. Calov. Met. Div. p. 545. & Scheiblerus l. d. Addit. à S. Jacobo Log. p. 122. D. Unitatem Transcendentalem, ita ut quot admittantur *Unitates Transcendentales*, tot etiam nec plura admittenda sint *Entia*. Sed hoc Indicium nimis est obscurum, & alio rursus indiget argumento. Observandum quoq; *reptilia* à nobis recensita non requiri universa in omni distinctione Reali arguenda, sed sufficere, si plura non sint, vel unum.

3. *Ex quibus Indiciis ac Documentis Realis Distinctionis, liquet, non sufficere ad eam, quod aliqua ante operationem Intellectus distincta sint, sed ut sint res & res, copacto, quo expostum à nobis est Dec. precd. II. n. 1.* Thomistæ, uti videre est apud Ovidonem, *Realem Distinctionem omnem illam vocant, quæ est ante operationem Intellectus*: quo sensu Scotistæ admittunt, omnem *Distinctionem esse vel realem vel Rationis*, quamquam in exemplis postmodum discrepent: ipsi vero nobiscum definit *Distinctionem Realem*, & sic demum dicunt, dari tertiam aliquam inter has *Distinctionem*

ctionem, quam vocant Modalem itemq; Ex natura rei, et amq; de finiunt uti Thomistæ Realem, de quo paulo post.

4. Hæc Distinctio Realis non tollitur per communitatem Essentialie, ut pote, quæ licet singularis sit, communicabilis tamen est, alias vero illa solum dicuntur esse re indistincta, quæ conveniunt in uno tertio non singulari solum sed insuper incommunicabili. Vid. Dn. D. Calovius Met. Div. p. 515. seqq. & p. 560. seqq. contra Crellium & alios Triadomastygas.

5. Similiter non tollitur hec Distinctio per Identitatem Specificam aut Genericam, ita ut illa dicantur esse indistincta, quæ Specie vel Genere conveniunt, & Individuæ iusdem Speciei sic Realiter non differre putentur, eo quod Specie ac Genere conveniant. Ut recte iterum dn. D. Calov. p. 548. contra nonnullos.

DEC. IV. Cum autem omnis Distinctio verè & propriè sic dicta sit inter diversos Conceptus Objectivos, seu inter diversas Formalitates Objectivas, distinctas vel à parte rei, vel à parte actus tantum, apparet Distinctionem que Formalis dicitur, non tam esse Medium inter Distinctionem Realem & Rationis, quam ab his Abstractam, ita ut omnis Distinctio verè & propriè sic dicta sit Formalis, illa vero aut per Rationem tantum, aut ex Naturâ rei, que posterior veleat Realis vel Modalis, ut supra est monitum. Sunt qui Distinctionem Formalem dicunt esse medium inter Realem & Rationis; sunt qui negant: nos neutris adsentimur.

DEC. V. Modalis verò Distinctio, si Modus sumatur pro vulgaris dispositione, qualis e.g. est pugnus & palma in manu, paritas & imparitas in numero, figura in quantitate, & similes, spectat omnino ad Distinctionem Formalem ex Natura rei, prout hec sub se comprehendit Distinctionem Realem, cui Distinctio Modalis taliter accepta seu conspecies ex adversum est opposita; adeoq; tunc nec est nude Rationis Ratiocinata vel Ratiocinantis neq; est Realis propriè loquendo, nec media inter Realem & Rationis, nisi prorsus negative h.e. planè ab utraq; diversa.

2. Sin

2. Sin autem Modalis Distinctio idem est quod ipsa Distinctio ex Natura rei, quod à Scotistis intenditur, tunc, si Reale sumitur pro eo, quod est preter mentis operationem, ita concedunt ipsi Scotistæ Distinctionem Modalem non esse Medium, sed omnino Realem, & eosensu male impugnantur à Thomistis quib; usdam id non advertentibus, qua de re Videatur Oviedo; Sive à Reale sumatur pro eo quod est Reale strictè loquendo b.e. prout Distinctio Realis est inter rem & rem, hoc pacto negant Scotistæ Modalem Distinctionem Realem esse, neetamen admittunt eam esse Distinctionem Rationis, ac eapropter Medium: quod fortassis juxta hanc acceptiōnē rō Realis non incommodeum est rem negativè explicando, quod nempe Distinctio Modalis taliter explicata cum Distinctione Reali taliter explicata, ac Distinctione Rationis nihil habeat commune. Sin tandem Modalis Distinctio sumatur pro Distinctione ex Natura rei, tunc ex nostra quidem sententia à Reali & Modalis speciatim sic dictis prescindit. Hinc supervacaneas putamus esse digladiationes Thomistarum & Scotistarum, ortas non nisi ex diversa terminorum acceptione: quas videre licet apud Svarezium, Lalemandetium, Arriagam, Oviedum, à S. Jacobo, B. Spei, & alios innumeros. Thomistas & Scotistas an satis conciliarit Joh: Lalemand. disp. 3. Met. partit. 2. valde dubito.

3. Exempli tamen que Scotistæ pro Distinctione Modalis seu Formali ex Natura rei adducere solent, qualia sunt Gradus Metaphysici in uno Ente, Transcendentalia item ac Divina Attributa &c. revera non distinguuntur ex Natura rei seu ante operationem Intellectus, Modaliter in sensu Scotistico. Atq; id ferè Thomistæ volunt, uti apud citatos Autores videre est. 4. Et hinc cum varia sit acceptio Modi, non statim omne quod qualicunque ratione Modus dicitur, ab alio tali Modo, Modaliter differre existimandum est, rō Modali Reali, aut ei quod est ex Natura rei contradistinguendo; Sed tunc demū, cum Modus vel vulgaris est, vel cum Modus tantum Diversus est, non oppositus simul

mul, vel cum notat Modum Afficiem Transcendentalem, ba-  
bita tamen abduc aliquā differentiā; non verò quando notat  
Modum Diversum simul & Oppositum, itemq; Modum Hyposta-  
ticum, aut etiam Modum Ens ut sic ad determinatam & expre-  
sionem Entitatem Contractivum, ceu est substantia & Accidens,  
qua etiam vocantur Modi. Vid. Din. D. Calov. Met. Div. p.547.  
contra Kekerin. qui putat omnia, quae ut Modi diversi qua-  
cunq; ratione differunt non differre Realiter sed Modaliter,  
& hinc personas SS. Trinitatis itidem contendit Rea-  
liter non differre sed Modaliter.

DEC. VI. Distinctio verò ex Natura Rei non est ea, quae in  
refundamentum habens est inter illa, quorum alterum perti-  
net ad perfectionem alterius. Ut definīt Wilhelmus Ursinus  
apud Scheiblerum.

2. Neq; etiamea, quā id distingui dicitur ab alio, quod ex na-  
turā suā nec est aliud, neq; distinguuntur actualiter ab alio. Ut  
definit Caramuel lib.3. Metalogicæ disp.3.art.3.p.97. assertq;  
exemplum tale: Eqv9 ex natura sua nec perit esse idem cum  
Leone, nec distingui à Leone, sed ille ex naturā suā petit es-  
se animal hinnibile, hic esse animal rugibile: quod enim  
alter distinguitur ab alio non est de conceptu ipsius essen-  
tiali. Ibidemq; refutat Thomistas juxta cum Scotis non  
nullis, quod distinctionem ex Natura rei non recte capi-  
ant. Verè autem nec ipse eam recte capit.

3. Sed omnino Distinctio ex Natura Rei recte definitur à Fon-  
ca, quod sit ea, quā distinguitur aliquid ab aliquo precisā omni  
operatione Intellectus. 5. Met. 6. quæst. 6. sect. 2. ita ut Realis  
quoq; sub ea includatur: quicquid etiam velint qui Distin-  
ctionem ex Natura Rei Reali Distinctioni contradistin-  
guunt, qui profectò tam dubiam relinquunt distinctionem  
ex Natura rei, ut quid sit, dicere non andeant, sed eam non  
nisi vel negativè explicit, quod non sit Realis, nec Rati-  
onis, vel per enumerationem spuriarum quarundam speci-  
erum

erum, quod sit vel Formalis, vel Potentialis, vel Moda-  
lis &c. ut proinde exclamat Caramuel: Ad cœlum prius  
ivisse Hurtadum, quam Scotistas & Thomistas intelli-  
geret. Vide Caramuel I. d.p.96 itemq; Scheiblerum lib.  
1.c.8 tit.6.art.1. Nec moramur Caramuelum ipsum expressè  
contra Fonsecam insurgentem, ac si non satis ex mente  
Scoti, sed Thomistarum potius, ac de Distinctione Actu-  
ali Physica solum: id enim de nihilo est.

DEC. VII. Hinc etiam liquet, quid sentiendum sit de Dislin-  
ctione Potentiali, quā partes integrantes alij Continui,  
dum in eo sunt distinguuntur ab eo & inter se, quod nempe  
sit Distinctio Realis. Videatur Suarez & alij, potissimum  
Caramuel Metalog.lib.3. disp. 4.

DEC. VIII. Similiter dicendum de Distinctione Includentiis  
& Inclusi, quod si illa Metaphysica sint seu Logica, Rationis so-  
lum discrimen admittere, ut differt e.g. Species à Genere & Dis-  
tingua & Homo ab Animalitate & rationalitate sua: sive Physi-  
ca seu Essentialia seu Integralia, & hæc sive homogenea, sive hetero-  
genea, ibi partes singulas à toto realiter differre, universas  
verò unitas per rationem, disjunctas realiter. Vid. Scheibl.  
d.l.tit.6. Fonseca l.d. sect.3 Suarez d.7. sect.1. num.22. p.164. &  
paulo post h.l.plura.

DEC. IX. OPPOSITIO spectat itidem ad Metaphysicam,  
prout illa concernit ipsas res seu Conceptus Objectivos; ad Lo-  
gicam verò non nisi Notionaliter, ceu modus quidam argumen-  
tandi, quamquam non ad mentem Ramorum. Secus atq; pu-  
tant Ramæi & qui Mixti seu Harmonici vocantur, qui quic-  
quid vel dici de Oppositione potest, in Logica velut pro-  
priâ sede pertractant.

2. Est verò Oppositiō seu Complexa seu Incomplexa (nihile  
nim attinet, nam & complexa quæ in Logicis ut modus  
quidam argumentandi adhibetur, hinc ceu è suo funda-  
mento petitur) est Status Conceptuum objectorum, seu sim-  
pli-

pliūm seu compositorum, quo se in vicem in eodem subjecto seu in bæsionis seu prædicationis seu denominationis respectu ejusdem simul & semel esse retant cum exclusione. Quo pacto declaratur superius tradita Oppositionis definitio.

3. Dividitur recte ab Aristotele in Relativam, Contrariam, Privativam & Contradicторiam. Quicquid etiam velint tum Ramæi, tum qui vocantur Harmonici seu Mixti, Philosophæ sanæ depravatores; qui istam distributionem insufficientia argunt, & nescio per quas dichotomias Disparata h. l. introducunt, qua tamen Opposita non magis dicenda sunt, quam Virgo deflorata Virginis nomine digna censetur: multas insuper configunt divisiones & subdivisiones Oppositionis nudè notionales ac technicas, qua non nisi corticē rei concernunt ubi interim res ipsa ultra quatuor jam dictas oppositionis species, nullā admittit.

4. Haec Oppositionis species aliquam fovent inter se Analogiam. Contra Boëthium & Philoponum apud Scheiblerum Top. c. 16 quæst. 2, qui Univocas eas esse putarunt.

5. Primum tamen partes, si materialiter spectantur Oppositi termini Oppositioni Contrariae; si formaliter ipse Status pugnae, Contradicторiae debentur. Illi propter terminos utrobique reales; huic ob dissidium planè irconciliabile. Relatio vero que inter Opposita quævis intercedit, non constituit hanc ipsæ in esse Oppositorum, sed vel consequitur Oppositionem, vel spectat ad terminos ipsos, dicitq. potius consensionem quam dissensum, & adeò ad Oppositionem materialiter spectatam: Et hinc seu Realis illa sit seu Rationis tantum Relatio, pugnam non auget, non minuit. Ita ergo non adsentimur eidam Harmonico, contra Suarezium, Kekermannum & Coninbrienses pugnantem pro prerogativa Oppositionis alicujus Positivæ.

6. Etsi vero Opposito Contrarii sit inter duos tantum terminos, illi tamen reales esse debent, & cum speciali pugna: Et binc male extenditur ei usq. ut se habeat in star generis respectu catera-

ceterarum conspecierum, illius loco substitutâ oppositione Adversâ, ut ita contraria sint nihil aliud quam Opposita, quorum unum unitantur opponitur. Etenim Contradicторia & Privativa Oppositi non est inter duos reales terminos, Relativa non habet speciale pugnam, Adversa illa quæ vocatur, novitatem sapit sine ulla ratione & causâ introductam, cætera ut faceam. contra Harmonicos & Ramæos.

DEC. X. OPPOSITIO RELATIVA hic rursus non ipsam Relationem denotat, qua accidens verum est, ac dicit non pugnam (ed consensionem); Verum Statum, partim illius Relationis, partim altioris illius atq. eminentioris, que in Divinis quoq. & Transcendentibus locum invenit, Statum nempe, quo inter se in vicem differunt, ac se mutuo non compatiuntur in eodem, sed excludunt.

2. In qua Oppositione, licet debilis & vix conspicua sit pugna, est tamen nonnulla, copacto, quod Relata quatenus Relata se in vicem in uno eodemque subjecto, Subjecti voce latius extensâ secundum idem, ad idem &c. non compatiuntur sed excludunt.

DEC. XI. OPPOSITIO CONTRARIA itidem statum notæ duorum terminorum absolutorum realium, quo sub eodem genere, è regione, absolutè se in vicem excludunt cum pugna speciali. Status inquam terminorum illorum, denominatus à tali pugna, non pugna ipsa, aut ipsi termini: hæc enim rursus alio spectant.

2. Ceterum que ab Aristotele & Interpretibus potissimum adduntur, quod contraria debeant se se mutuo expellere è communis subjecto in quo successivè esse possint, nisi alterum in sit à natura; Peripateticam sapiunt doctrinam de Alteratione & Transmutatione Elementorum, que non sapit.

3. In quibusdam tamen Contrariis id obtinet, puta nonnullis contrariis qualitatibus spiritualibus seu intentionalibus, nequaquam tamen in qualitatibus materialibus, que non migrant de subjecto in subiectum, sed ingrediuntur corporum penetrare.

netralia unà cum suis subiectis, ac rursus egrediuntur, ita ut migratio ista non sit Accidentium sed Subjectorum Accidentibus vestitorum.

4. Hinc etiam liquet non Qualitates modò Contrariari sibi invicem, sed & Substantias, & quidem Principaliter: easq; tum Completas, quales sunt Homo & Bestia, Corpus & Spiritus; tum Incompletas quasdam, puta Formas Substantiales e.g. Ignis & Aque, Canis & Hominis; idq; non tantum per Accidentia ipsis competentia, sed & per Substantiales Differentias v.g. Homo & Bestia per Rationalitatem, adeo q; absolutè ut tales sunt. Contra Peripateticos Aristotelem secutos in eo, quod existimant Substantias sibi invicem non Contrariari, sed solas Qualitates, quod tamen putamus oriiri ex doctrina Alterationis & Transmutationis Elementorum, à sanioribus Philosophis hodie explosa. Videatur etiam Scheiblerus Topicæ XVII. quæst. 1.

5. Afferimus tamen adhuc Quantitati ut tali, utq; materie soboles est, nihil esse Contrarium; Benè nihilominus, quod Contrariari invicem possint Modi Quantitatis, tum Continuae, tum Discretæ: imò nequidem materia ut tali competit Contrarietas, benè tamen ex consequenti ad Contrarietatem totius Compositi venientem à Formâ ac Differentia Substantiali. In eo igitur adhuc sentimus cum Aristotelicis & Peripateticis ac dissentimus à Ramo & Scheiblero, aliisq; Ramistis ac Harmonicis.

DEC. XII. OPPOSITIO PRIVATIVA est Status, quo Habitus & ejus Privatio inter se dissident.

2. Quæ de Privatione dici plura queunt, vel non spectant hunc in locum, vel nullius planè sunt momenti.

DEC. XIII. OPPOSITIO CONTRADICTORIA est Status, quo Ens pugnat cum Non-Ente simpliciter.

2. Differt in eo ab Oppositione Privativa, tūm quod non relati hac connonet certum & determinatum subjectum, tūm quod

quod sit inter Ens & absoltè ac simpliciter Non-Ens; ubi privativa interim est quidem inter Ens & Non Ens, ast certum & determinatum. Vide Scheiblerus Top. c. 20. quæst. 1.

3. Nequit tamen ut ergo terminus Contradictoria Oppositio- nis esse Affi matius. Vide eundem l.d.c. 19. quæst. 2.

4. Ceterum existimandum non est, Contradictionem esse illico ubi Intell. Elus nosfer eam dari putat. Secus atq; Calviniani nonnulli censem, itemq; Photiniani, aliiq;.

DEC. XIV. SIMPLICITAS est summus Unitatis gradus: ex unitate igitur prodit hæc colonia. Quia tamen etiam que composita sunt, Unitate gaudere non repugnat, Simplicitas tamen ex pacto esse nequeunt, & sunt nihilominus etiam Simplices res, id est Simplicitas & Compositio Peculiarē Entis Affectionem Disjunctam constituant accedente in super peculiari Formalitate. Alij uti Scheiblerus post Aristotelem hanc doctrinam simpliciter conjungunt cum Uno. Suarez & alij sparsim de illa meminere, nullibi autem ex professo.

2. Est verò COMPOSITUM in Re Et Ens quod constitui- tur è pluribus: SIMPLEX, quod ex uno. In Obliquo Compo- situm est Status Entis, quo id constituitur è pluribus; Simpli- citas contraria.

DEC. XV. Neutra de se dicit Imperfectionem aut Negationem; sed omnino & Simplicitas & Compositio aliquid Positi- vum, Perfectionem nempe dicunt: cum verò Compositum Imperfectionem dicit in re, fit hoc ob specialiores rationes. Contra Cajetanum de Ente & Essentia cap. 2. quem contra Scotum & Soncinatorem tuetur Suarez disp. 30 sect. 3. n. 3. Ubi existimat Cajetanus Simplicitatem non esse nomen Perfectionis, ed quod denotet negationem, non verò aliquid positivum. Imò Paulus quoq; Voetius Phil. Ref. c. 20. sect. 8. Simplicitatem dicit esse puram negationem. Tām etiam contra plures alios, qui Compositionem de se aliquam Imperfectionem importare putant.

2. Simplicitas tamen Compositione perfectior & nobilior censenda est. Contra Vorstium, qui Compositionem afferit maiorem dicere perfectionem Simplicitate, hinc cum in Deo singat Accidentia, dicit illum quoque Compositum esse. In notis ad disp. de Deo & A. D.

DEC. XVI. Est vero Compositio h.l. vel Proprietà dicta, quia ipsa rei Essentia & Integritas constituitur è pluribus mutuo scè exclusentibus, qualis est ex Materia & Forma, ex Partibus Quantitatibus, itemq; ex Natura & Supposito, si sunt in rebus Creatis: Vel Impropriè, qualis est Accidentalis, ex Subjecto & Accidente, Accidente & Accidente, itemq; Intellectuali seu Notionali, qualis est ex Èsse & Essentia, Genere & Differentiâ, itemq; ex Natura & Supposito, si consideretur in abstractione, non applicata ad rem Creatam. Ut recte Dn. D. Calovius tradit Met. Div. p. 517.

2. Est & alia Compositio que vocatur ex Actu & Potentia: hoc vero non constituit speciem distinctam Compositionis, sed est requisitum omnium. De quod vide rursus Dn. D. Cal. l.d.

DEC. XVII. Compositio ex Materia & Forma, est Status Corporis Naturalis, quo Essentia ejus constat ex Materia & Forma.

2. Compositum tale à suis partibus simul sumptis & unitis, seu velut alijs loquuntur, qui accuratiores videri volunt, Unione, non differt realiter, sicut distincta Entitas. Ut recte disputat Svarez Disp. 36. sect. 3. Contra Hervæum, Capreolum, Ferraram & alios quos citat num. 2. Svarezio assentitur Arriaga Disp. 5. sect. 1. n. 2. & à S. Jacobo Phys. p. 33. & seqq. itemq; Oviedo Contr. 5. Phys. punct. 1. atq; Mendoza Ruiz ab Oviedone citatus, nec non Fr. B. S. Phys. part. 1. tract. 1. dub. 6.

2. Neg. Modaliter s. ex Naturae rei in sensu Scotistico, sumendo Totum pro quadam Entitate, quam non habent partes Unitate antequam in tertiam transcant Entitatem, que vocatur Totum: quod quidem non sit aliqua Entitas superaddita Entitati partium, sed ut partes Unitate amittant veterem Entitatem, & assumant

mant novam, dum induunt rationem Totius, & sic ex partibus Unitatis fiant partes Transcante, que sunt ipsummet Totum. Uti Philosophatur Joh. Lalem. disp. 3. Phys. part. 3. ex mente totius Scholas Scotisticæ; quanquam ibidem carpat non nullos Scotistas, quod mentem sui Praceptoris non intelligent, dum volunt Entitatem Totius esse superadditam Entitati Partium.

4. Aliquo tamen modo distinguuntur. Contra Mendoza disp. 6. Phys. sect. 1. §. 20. qui dicit ne ratione hæc quidem distingvi.

5. Nempe Formaliter eisdem, at per rationem ratiocinatam solum: ita ut Formalitas Objectiva Totius à Formalitate Objectiva partium unitarum distincta sit: non tamen in re, sed non nisi à parte actus, cum formalitas Objectiva Confusa, à Formalitate Objectiva Distincta: que Distinctio quoad conceptum Totius & Partium unitatum utrobiq; Objectivum, immensità vocatur Realis, quo ad Formalem tamen conceptum Totius, seu respectu Totius Objectivè spectati, seu respectu Partium Objectivè aut Formaliter etiam spectatarum, quod idem obtinet, si conceptus Totius Objectivus, cum conceptu Partium Unitarum Formali in controversiam veniat, distinctio est omnino Realis. Videtur hic æquivocatione solum terminorum ludere Fr. B. Spei, quando l.d. resol. 1. afferit: Totum non esse Entitatem à partibus & unione conjunctim sumptis, realiter distinctam: esse tamen dicit, resol. 2. Totum Formaliter totaliter distinctum suis partibus & unione conjunctim sumptis, ab iisq; realiter distinctum; contra Suarezium, Arriagum, Oviedum, Mendoza & alios Nominales, uti putat, (quod ego tamen vix credo, excepto uno Mendoza, quem nescio num sequantur alii): ac tandem resol. 3. afferit illud Totum Formaliter esse Formalitatem realiter & objective identificatam rationi formalis ipsam fundandi, abq; ea sola ratione Formali distinctam

Qam. In quibus certe uti ex collatione probationum patet, meræ sunt argutiae & aequivocationes, quibus rem sati difficultem amplius obscurare pro more nititur, juxta dictum tamen Decisionis nostræ facile expediendæ.

6. A Partibꝫ verò llnverſis non-Unitis etiam realiter differt.

7. Et multo magis à Partibus seorsim sumptis. Quod vix aliquis vocat in dubium.

8. Quæ omnia vera sunt, non tantum quoad Partes Essentiales, sed & Integrales, & has non modò Homogeneas sed & Heterogeneas, nec est ullum quoad hanc in istis discrimen. Notat h.l. Suarez quendam Johannem de Neapoli, qui assertat, Totum Heterogeneum distingui à partibus, non autem Homogeneum l.d. num. 13.

9. Similiter Unio Substantialis Partium Compositi seu Essentiales seu Integralis, est aliquid in re ipsa distinctum ab iisdem, non quidem ut distinctares, sed Modus realis. De quo videatur rursus Suarez l.d. n.s. conclus. Mendoza disp. 3. sect. 1. & post hos Arriaga disp. 4. Phys. sect. 1.

10. Est tamen Unio de Essentiâ Totius Compositi, ita ut non possit concipi Compositum sine Unione. Ut recte habet Mendoza Phys. d. sp. 6. sect. 3.

11. Non tamen unio est ratio Formalis quâ partes causant Compositum; sed est non nisi Conditio ad causandum requisita: ipsa vero ratio causandi est Constitutio Compositi per Informationem ac Sustentationem mutuam, ad quam requiritur Unio. Ita contra Mendozam, qui l.d. §. 24. afferit, non posse ratione defendi, Unionem non esse rationem Formalem, quâ partes causant Compositum.

12. Quin nec illud admittimus, Compositum Productum dici, puta Creatum aut Genitum, non nisi ob Productionem Unionis partium cum se invicem, ita ut denominetur Productum non à productione aut Formæ, aut Totius Compositi, sed tantum à productione Unionis; quin potius maxime omnium

ob

ob productionem Formæ seu Termini proximi, & sic totius etiam Compositi seu termini remoti. Rursus contra Mendozam l.d. sect. 1 §. 11. & sect. 4. §. 1. & 29. & alibi Cum quo facit Arriaga disp. 4. Phys. sect. 1. subl. 2. n. 17. & Oviedo de generatione Contr. 2. punct. 2. num. 12. quorum hic dicit, Formalem Totius generationem consistere in generatione Unionis. Et clariss. num. 13. jure dici, inquit, hominem digni ex eo praecise, quod dignatur ejus Unionis Modus, etiam si Materia & Forma ejusdem hominis creentur. Quibus facilè ad stipulantur ij, qui suorum filiorum Causas non Physicas sed Morales duantaxat se esse confitentur.

13. Recapitulatur vero & subjectatur Unio non tantum in Forma, neq; in Materia solum, sed in utroq; extremo, tam receptionis, quam sustentationis: & vocatur ex una parte à Scholasticis Informationis, ex altera Materializationis. Ut recte disputat Arriaga disp. 4. Phys. sect. 4. subl. 4. contra Suarezum, Vasquium & alios: & ante Arriagam Mendoza disp. 5. Phys. se. 5.

14. Quallio quoad actum primum seu radicem est alia numero in Materia, alia in Forma; quoad actum vero secundum seu formaliter non nisi una numero; non secus atq; Actio & Paf- fio radicaliter seu in actu primo distincta sunt re; in actu vero secundo re non differunt. Et sic componi potest lis quam movet Mendoza l.d. cum aliis Recentioribus dari duplicem Unionem Substantialem in Composito, altera à parte Informationis, alteram Materializationis. Cui sece opponit Arriaga disp. 4. Phys. sect. 2. secutus Suarezum disp. 3. Met. sect. 9. num. 13. item q; Vasquium & quosdam Recentiores, afferens simplicem duantaxat esse Unionem: quem omnino vide.

15. Nec illud verum est, Compositum in ratione Compositi semper esse Genitum, nullatenusq; Creatione produci. Contra eundem Mendozam disp. 6. Phys. sect. 4. & alibi disputantem adversus Suarezum, eò quod dicat Cœlos in ratione Compositi esse Creatos, & negantem insuper esse propriæ acci-

C

acciendas locutiones Scripturæ S. quando asserit illa Cœlum & Terram à Deo Creatæ esse; sed solummodo fumenta esse pro Effectione.

DEC. XVIII. *Etsi verò necesse non sit, Creaturam quamlibet constare ex Essentialia prædicta distinctis partibus Essentialibus Constituentibus, quin potius dentur Creature hoc pacllo Simplices, ac merito sit faciendum insuper discrimen inter totam Creaturam & Aliquid Creature, ubi potest minimum dari Aliquid Creature quod taliter compositum non est; dari tamen posse aliquam Creaturam omni modo Simplicem, atq; omni prorsus Compositionis genere liberam, non admittimus. Ex quo facilè est judicare de iis quæ habet Arriaga disp. 2. Met. sect. 2. subsect. 1. num. 38. & 39. Vid Suarez disp. 31. sect. 13. n. 24.*

DEC. XIX. *Num verò dari possit Corpus aliquod Completum Simplex seu non Compositum ex Materia & Forma, si de Corpora Physico, Naturali ac proprio tali sermo sit, merito dubitatur, ob contradictionem intrinsecam conceptum; si verò queratur vel de sola materia, vel de sola forma, aut alio hujuscemodi, numer per potentiam Dei queant constitui in esse completo, non videtur id esse inficiandum. Hinc rursus appareat quid sit sentiendum de dissidiis ortis inter Mendozam disp. 1. de Cœlo sect. 1. disputantem contra Suarezium & alios; interq; Arriagam disp. 5. Phys. sect. 3. & imprimis prolixè Oviedonem Phys. contr. 5. punct. 5. adversus Mendozam.*

DEC. XX. *Inter partes verò Essentialias & Integrales aliquod ponendum est discrimen, tūm quod ille spectant ad quidditativum re*c*onceptum, ita ut sublatā parte una iis ipse tollatur; he verò ad integratatem solum, ita ut sublatā una, res maneat nihilominus, quamquam mutata: tūm quod Essentialis partes post separationem quoq; manent Substantia Incompleta propter positivam habitudinem, quā naturaliter ordinata sunt ad Essentialiam alicujus constituendam; Integrales verò non nisi tunc Incompletæ Substantie dicantur cum sunt in Toto, extra id ve-*

ro

*rō censemantur esse Substantie Completeæ, ut pote quæ post separationem negativè solum dicuntur esse partes seu actuales seu potentiales, & quidem non spectantes Essentialiam, sed Integratatem solum, quod omnium maximè obtinet in partibus Heterogeneis, licet suo modo etiam in Heterogenis. De priori distinctione videatur Mendoza disp. Phys. sect. 2. §. 8. Deposteriori Suarez disp. Met. 33. sect. 1. n. 10. & 11. itemq; disp. 34. sect. 5. n. 20. seqq.*

DEC. XXI. *Quarisolet, num dari queat Compositum constans Materia & Forma Spirituali? seu aliquo, quod se habeat per modum potentie passiva, aliud vero forme? Ubi nos putamus, id eisdem non prorsus repugnare. Cum Arriaga disp. de Anima sect. 5. ut & Oviedone Contr. Phys. 5. punct. 3. contra Mendozam disp. 2. de Anima sect. 2. Suarezium & alios pro se adducentem.*

2. *Et hinc dari quoq; non repugnat Compositum constans duplice parte Essentiali, quarum neutra sit Materia neg. Forma propriè dicta. Qua de re videatur Oviedo l. d. p. 4.*

DEC. XXII. *Queritur, num in Deum aliqua cadat Compositio? Nostra sententia est:*

1. *Constat Deum non esse Compositum, Compositione aliqua Reali, puta ex Materia & Forma, ex partibus quantitatibus, ex subiecto & accidentibus. Quæ demonstrata vide sis apud Suarezium disp. 30. Met. sect. 3. seqq. & alios.*

2. *Num verò Mentalis quedam Compositio in DEO reperiatur major est controversia. Nos distinximus supra disp. 6. Dec. 1. inter Compositionem Rationis que imperfectionem arguit in taliter Composito; & que illam non arguit. Arguit illa, que vel fundatur in Compositione Reali, eamq; presupponit, vel aliquam potentialitatem quā quid perficiqueat, involvit, vel objectivè minimum unum conceptum ē conceptu alterius adequate excludit, aut excludere potest: Non arguit que non nisi infert distinctos conceptus nostros de re indiscretas. Potest*

C 2

bac

hac esse in DEO , nequit illa. Et hinc non repugnat Deo compositionis Rationis ex Essentia & Attributis, item q̄ ex Esse & Essentia uti visum est disp. 3. Dec. 2.n.2. Attributis item & Attributis, ut l. d. patuit. Nequaquam vero Compositio ex Natura & Supposito , item Genere & Differentia. Videatur Suarezl d. & alij.

§. In reliquis Compositionis speciebus quæ Impropriæ hab vocantur, quod vel Essentiam ipsam aut Integritatem non concernant, vel Intellectuales tantum sunt, nulla est difficultas.

DEC. XXIII. His que de Compositione & Unione dicta sunt subiungere non incommodè licet nonnulla de communicatione seu Communicabilitate , & hinc opposita Incommunicabilitate : est enim communicatio proles Unionis. Uti rectè habet Dn.D. Scharffius Metaph. Exempl lib.2.c 21.axiom. 4.& B. Gerhardus Tom. I. L.C.p.175. & seqq.

2. COMMUNICABILE in Reæto est Ens de quo participe potest quipiam ex ejus largitione. communicabilitas in Oblique est ille Ens status. INCOMMUNICABILE contraria.

DEC. XXIV. certum verò est , communicari posse tūm Essentiam, variis suis Modis seu Afficientibus, seu contrabentibus seu Hypostaticis : tum Accidentia Substantis quibus inherent: tūm suo modo Accidentia Accidentibus, in uno Subjecto concurrentibus : tum Substantias seu Naturas unitas sibi invicem, idq; seu Essentialiter, seu Personaliter, seu alio modo : tum Substantias unitas in toto Composito ipsi Composito : tum Substantias separatas quoad transgressionem, aut effectionem, aut usurpationem, &c. Uti hæc omnia exactè tradit Dn. D. Scharff. in Met Exemp.

DEC. XXV. De eo verò dubium est , num possint verè & realiter communicari Propria? itemq; rum detur Media communicatio inter Essentiale & Accidentale! Nos quod pri-

num

mum attinet , manendo in rebus purè Naturalibus dicimus.  
1. Propria unius Natura, non verbaliter solum ac Tropicè, sed verè & realiter communicari possunt , & communicantur de facto , Natura alteri Un. tæ. Uti videmus Propria Formæ, quæ Immaterialis est, ac in homine insuper Spiritualis, communicari Materiæ , & viceversa, ut denominatio cadat supra totum Compositum. Uti videmus quoq; ferrum igni, & ignem ferro Propria sua Communicare. Uti saltem aquæ falsæ & viceversa. Uti fermentum aquæ fermentatae , & hanc illi,&c.

2. Quæ Communicatio Propriorum proficit è Communicatione Naturarum.

3. Communicatio Naturarum verò ex earundem Unione.

4. Quæ Communicatio Propriorum facit, ut Denominatio, ab operatione aut receptione ortæ ex eujuscung. Natura Proprietate cadat in totum Suppositum seu Concretum utriusq; Naturæ , denominatum à quaung. Natura; ito facit ut Denominatio ab effectu Proprij unius Natura suo modo cadat in alteram quoq; naturam Unitam , Vid. Ebel. Coll. Met.

5. Ut ita perinde sit , seu dicatur Suppositum ex duabus Naturis constans operari secundum utramq; Naturam, sive in utraq; Natura, sive utramq; Naturam in Supposito cum Communicatione alterius , quod cujusq; Proprium est.

6. Neḡ tamen desinunt Propria illa per & propter Communicationem esse Propria: Communicantur namq; non per evanescitivam transfusionem, seu alienationem, sed ipsius Essentie Proprio suo stipata Unionem. Manet Intellectualitas Animæ propria, licet ob unionem intimam cum Corpore, illi communicetur, ut homo totus dicatur Intellectualis, non verbaliter nudè aut tropicè, sed verè propriè & realiter. Manet Quantitas Materiæ Propria, licet ob intimam Unionem communicetur Formæ, ut Corpus totum dicatur Quantum &c.

7. Similiter non communicantur omnia omnino propria, aut minimum non modo eodem; sed illa solum, sim quae non pugnant cum altera Natura, tam maximè, que faciunt ad scopum & finem Unionis. Non communicatur corpori humano simplicitas animæ, non immaterialitas; communicatur autem via, facultas cognoscendi, & similia, ita ut non dicatur homo simplex, aut immaterialis, dicatur autem vivens, cognoscens &c. Sic ferro non levitas ignis, at Calor.

8. Que vero non sunt compatibilia cum altero Unito, aut ad finem Unionis nivis faciunt, si non nisi Virtualiter ac Formaliter differunt a ceteris, communicantur eisdem, ut sunt his à parte re identificata, non tamen quoad similem denominationem sub hoc Formali, seu quoad istam Formalitatem; sin Realiter differunt ab his ita planè non communicantur.

9. Et quidem omnia vera sunt quæ diximus tum de communicatione Essentiali, orta ex unione Essentiali, quæ inter Materiam & Formam, Corpus & Animam: tum Accidentibus nonnullis, ortis ex unione Accidentalí, qualis inter Ferrum ignitum & gæm, fermentum aulsal & aquam;

DEC. XXVI. Quæ omnia cum exactissimè procedant in Naturalibus, in Unione Essentiali & Accidentalí, & hinc orta Communicatione, sine omni certaratione, negatur omnis omnino Propriorum Commnnicatio. Contra Calvinianos & Pontificios plerosq; omnes videatur Dn. Schroderus de Communicatione Propriorum.

2. Et exinde judicare licet de questione, num repugnet prorsus dari Communicationem, quæ non sit Verbalis, sed realis, nec tamen Physica, sed altioris prorsus ordinis, adeoq; nec Essentialis, nec Accidentalis, sed Personalis Analogie juxta has explicanda ac declaranda, qualis dicitur esse in Persona Salvatoris? & num illi actu detur? Qua de re Theologorum esto judicium. Afferunt Nostrates; negant Calviniani & Pontificij pleriq; omnes.

3. Nas

3. Nos amplectimur piè Orthodoxam Theologorum nostrorum sententiam, nempe, uti non repugnat, quin & actu obtigit, dari Unionem aliquam Personalem, ab Essentiali & Accidentalí distinctam, si possibilē esse, & actum iam dari Communicationem talem, ex huj modi Unione profluantem.

4. Fatum verò exemplum simile nullum reperiri in rerum natura, adeoq; exemplo Anima & Corporis, salis aut fermenti & aquæ, ferrigniti & ignis, lucis primigenie & similitudinibus hujuscmodi alii, quibus haec est Antiquitas pia posse quodammodo declarari illam Communicationem; quin & pro possibilitate illius à minori ad majus satis firmiter praedicta ad Communicationem, ortam ex Unione, omnibus hisce longè arctiori & intimiori: & hinc per absurdum etiā atq; impium dubitare de possibilitate illius, ac fingere in eo absurditatem & contradictionem, de cuius ipso actu factog; plenis buccis clamat Scriptura.

5. Exhauriri verò similibus illis nequit hoc Communicationis genus. Videantur Nostræ Theologi.

§ De Separatione Propriorum, quæ disputanturaliō spectant.

¶ Ractat Idem Iudicium, Diversum jungit & ipsos

Docto præclaros explicat ore Sophos  
Ominor: Ingenium factum! sed mox ab Eodem  
Præmia Diverso scenore larga seres.

Boni omnis & sinceroris affectus  
ergo Præstantiss. Dn. Respondenti  
acclamabat

JOHANNES ab HELLENBACH, Hungarus.

Dum nostri scandis subsellia clara Lycei,  
Ostendis dotes, Dulcis Amice, Tuas.  
Perge viam, & parili moxausu oracula sacra

Aggredere, ac forti schismata funde manu.

Sic,

Sic, spes est, veniet geminâ tibi laude decoro  
Palma, nec annosâ deperitura die.

Gratulabundus s.

M. JOACHIMUS ERYTHRÆUS.

Qui bene distinguit, docte docet: haud malus olim,  
Dum bene distinguis, Tu quoq; doctor eris.  
Pergas, fac, felix! aderunt tibi præmia quondam;  
Præmia quæ Pietas Sedulitasq; dabunt.

Boni omnis & affectus ergo Præstantissimo  
& Eruditissimo Dn Respondenti  
Amico, Conterraneo & Contubernali dilectissimo  
apposuit

GEORGII SEBASTIANI  
Teplicio-Hungarus.

Sic tandem prodis, Musarum strenue cultor,  
Ingeniiq; refers munera doctatui,  
Publica dum Clarò BAYERO Præside docte  
Pulpita palmarum non sine laude petis.  
Hinc tua Musarum laudat conamina turba,  
Turba & amicorum prospera cuncta votet.  
Patria gaudebit, gaudebunt sanguine juncti,  
Talia cum narrans nuncia Fama feret.  
Hinc quo cœpisti Sophiae pervolvere libros  
Perge modo, & tandem præmia grata feres.

Pereximio atq; Præstantissimo  
Dn. Respondenti amico &  
fautoris suo in comparibili  
applausit

BARTHOLOMÆUS KLEIN  
Leubicio-Hung.

FINIS.

JESU BONE FAVE!  
DISPUTATIO METAPHYSICA  
DECIMA.

SUMM  
C

ONEM  
M

ende

# SING UN O RI ET SALI GIUM.

M. JO

BAYERI

acult. Philosoph.

i.

intium lime

tit

ECKELIUS

sylvanus.

boris Pomerid.

o Majori

DC LIX.

Anno Typis JOHANNIS BORCKARDI.

h. IV. 2077